

D 6
DE
IVDICIIS
INFERIORIBVS
HASSIACIS 1769.2.

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
FRIDERICO II.
HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQUA


PRAESIDE
REINHARDO ABRAH. MOELLER
IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE PUBLICO ORDINARIO
H. T. ACADEMIAE PRO-RECTORE ET ORDINIS SVI
DECANO

PRO GRADV
IVRIVM DOCTORIS
RITE CAPESSENDO
PUBLICE DISPUTABIT
AVCTOR
CORNELIVS SCHMINCKE
HASSO-CASSELLANVS.

RINTELII DIE DECEMBR. MDCC LXIX. H. L. Q. S.

TYPIS I. G. ENAX, A. T.

(Diss. iur. vol. 657)



HOCCE ZE ORIA INVAGARIE
ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO
FRIDERICO CHRISTOPHORO
SCHMINCKE
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO HASSIARVM
LANDGRAVIO
A CONSILIIS ET BIBLIOTHECA
NEC NON
TABVLARII AVLICI PRAEFECTO
MERITIS IN REMPVBLICAM LITTERARIAM
ET EXIMIA ERVDITIONE
CONSPICVO
FAVTORI AC COGNATO SVO
SVMMOPERE COLENDO

HOCCE SPECIMEN IN AVGVRALE
PIETATIS SINGVLARISQUE OBSERVANTIAE
IN EVM TESTANDAE CAVSA
CVM
PERENNIS FELICITATIS INCOLVMITATISQUE
EA QVA DECECT REVERENTIA
SACRVM ESSE CVPITO A
ILLVSTRIS NOMINIS TVI
CORNELIVS SCHMINCKE.



DE IVDICIIS INFERIORIBVS.



§. I.

uae ad iurisdictionem in prima ac inferiore ciuium atque rusticorum instantia exercendam constituta sunt iudicia, inferiora, siue Vntergerichte, vocantur. (a) Tam consimili haec in vtraque Hassia ter-

A 2 risque

(a) Primam, quantum scio, iudicij inferioris mentionem fecit IOANNES EMMERICI in iuribus ac consuetudinibus Franobergensibus a. MCCCC XCIII. collectis. Vid. cel. SCHMINCKI, Hassiae ornamenti, monumenta Hass. Part. II. p. 713 et 714. Sequitur placitum, diui WILHELM. III. Gerichtsordnung de a.

MCCCC XCIV. §. 26. conf. collect. C. Hass. Th. I. p. 22. Magis denique frequentatur iudicij inferioris mentio, ordinata provinciali curia, in constitutionibus de a. MD, et MD XXIV. adi Collect. C. H. I. d. p. 29. et 40. seqq. Qua de iudiciorum forma nonnulla promiscue tenuerunt LOMBARDIUS in palae.

risque Hanoicis formantur legislatione, (b) vt haud sane
operae esse videatur, si quis eadem, pussillanimis, quod
omnes cuiusuis prouinciae exiguitates enumerare haud
possit, seiungenda cogitaret. His de iudiciis (c) intro-
ductionis instar in vsum tantum inexpertorum potiora
diturus, tam de *ordinando iudicio*, quod et personas in
iudicio obuenientes, et locum, et tempus iudicij ha-
bendi concernit, quam de *ordine modoque* in iisdem proce-
dendi verba facere constitui.

Sectio

stra iudicaria, quae Francof.
prodiit M DCC VIII. 4. p. 15-30.
nec non ill. HOFFMANN, Mar-
burgense decus, in der Teut-
schen Reichs - praxis Th. I.
Hauptst. III. §. 92. p. 64. seqq.
Sed iam ego de patriis solum
acturus dedita opera a pere-
grinis cavere, et ea, quae iuri-
dictionem et diuersam patriae
iudiciorum formam concer-
nunt, adhuc praeterire malui.

(b) Confer, si placet, forores
constitutiones: Hess. Darmst.
Vnter- und Obergerichts-Ord-
nung d. a. M DCC XXXIV. Hess.
Castl. Vntergerichtsordn. M DCC
XXXII. vnd Procesordnung
M DCC XLV. Hess. Hanauische
Hoff- vnd Ehegerichtsordnung
M DCC XLVII.

(c) Praefecture superiores,
Oberämter, in caussis primæ in-
stantiae forma iudicij inferio-
ris, arg. der Vnt. Ger. Ordn.
in caussis vero appellationum,
i. e. secundæ seu intermediae
instantiae, superioris iudicij
norma dimetiuntur Hess. Castl.
Procesordn. princ. si a reme-
dio reuisionis et transmissione
actorum discesseris Hess. Cassel.
Ordnung zu Verbesserung des
Iustizwesens §. VII. et XV.
præfecturae superiores Darmsta-
dina et Gieffensis de admis-
sione iuramentorum, quod reli-
quis inferioribus non licet, co-
gnoscunt. Hess. Darmst. O. vnd
Vnt. Ger. Ordn. Th. I. tit. V. §.
4. p. 12. 13.

ne
od
ud
o-
ora
in
na-
ce-

io

res,
in-
rio-
dn.
um,
iae
dicii
Cass.
me-
one
ffel.
des
XV.
insta-
nissi-
reli-
co-
vnd
V. §.

5

Sectio I.

DE ORDINANDO IUDICIO.

§. 2.

Personae in iudicio obuenientes sunt vel iudiciales vel partes litigantes: Iudiciales, seu potius omnes quae ad iudicium pertinent, vel iuris dicundi, vel actorum, vel aſſtentiae cauſa ordinantur. Iuris dicundi cauſa de iis, quae ad primam ciuium atque rusticorum iurisdictionem attinent, publice constituta persona *index inferior* vocatur. Tria huius sunt requiſita: I.) habilitas naturalis aequa ac ciuilis, vi cuius officialis (d) seu personalis index iuris ad facta applicandi callere debet scientiam; patrimonialis vero (e) iustitiae administrandae impar alium idoneum iudicem ſubſtituere, eique ſuam iurisdictionem mandare tenetur. Minus contra idoneum aut male ex imperitia iudicantem danno laefo refarcire, mulctam viginti thalerorum luere eumque mulctando haud emendari cognitum a munere leges ſubmouere iubent.

§. 3.

II.) Integritas mentis, seu vt viri boni probitatem atque ingenuitatem praefert. Sit igitur religionis (f) officii

(d) V. G. O. art. VI. §. 24. p. 43. also auch.

(e) Loc. cit. wir wollen aber auch die Gerichtsherren.

(f) Iudicis et scabinorum iuris iurandi formulam exhibet constitutio prouincialis, Land-

ordnung Th. VI. §. V. nunquam vero eandem in Hassia rite promulgatam fuisse docet celeber. KLEINSCHMIDT, meritisimus legum patriarum collector, in collect. C. H. I. d. p. 462. in not. Mihi ad manum

icij memor, iustitiae sacerdos, (g) et ab omni partium studio alienus: at callide atque fraudulenter iustitiam remorantes, (h) donis corrupti, (i) odio, fauore, blanditiis et misericordia inducti, metu abieciti a religione sui officii declinantes et suspecti recusantur et poenam subeunt publicam. (k)

§. 4.

III.) Requiritur in iudice iurisdictio, et quae inde intuitu loci, caussae ac personae ab ipso (l) iudice aestimanda est fori competentia. Est vero inferior iudex, priuatiue suam exercens iurisdictionem, (m) in regula pro

fuit inseptum, cui rubrica est: Extra Et aus der Fürstl. Landesordn. von Ihro HochFürstl. Durchl. H. Landgrafen Wilhelm vnd Georg errichtet im Jahr 1569: vnde hi principes fratres iam ante d. 21. Novbr. 1583. huic constituti vim publicam tribuendi firmissimum coepisse consilium vindentur.

(g) Increpare subditos probbris ac saeuitia vetat ordinatio Hennebergica prouincialis, refusa Meinungae MDCCXX. L. I. cap. 3. p. 11.

(h) Expensas ac interesse morae restituere tenentur. Collect. const. Hass. th. I. p. 11. §. 3. et 9.

(i) Ibidem p. 29. princ. p.

35. art. 32. §. 34. in fine. Homberger Landtagsabschied d. a. MD XIV. §. Es sollen auch keinem Amtmann &c. add. Erläuterte Sportelordnung de a. MD CCXLIX.

(k) V. G. O. art. VI. §. 24. p. 47. seq.

(l) V. G. O. art. II. §. 1. p. 7. adde collect. C. H. Part. I. pag. 34. §. 14.

(m) Secundum patria sancta de 17. Decembr. 1724. 28. Ian. 1732. §. I. III. IV. 21. Mart. 1750. 2. Iun. 1755. 17. Mart. 1769. §. 29. officiales Principis rusticos nobilium immediate consequenter sine litteris mutui compassus sub pena refusionis expensarum euocare prohibentur.

m
m
n
n
ui
b

de
ti
ex,
ula
ro

m
a.
ei
Er
; a.

• P

7.
ag.

ci
28.
art.
art.
pis
iate
ntui
onis
en-

pro iudice competente reputandus, sic, ut reum priuilegium exemptionis probare oporteat; (n) nisi exemptione sit aperta, vel in iure communi fundata, (o) vel quod sit iudex in propria causa: (p) Salua tamen superiore iurisdictione in causis sua natura a iurisdictione inferiore exemptis, (q) aut per querelam protractae ac denegatae iustitiae (r) aut per appellationem ad iudicem superiorem deuolutis: (s) Saluo deinde iure principis regentis

(n) Coll. C. H. p. 34. §. 14.
Hess. Darmst. O. v. V. G.O. T. I.
tit. I. §. 1. H. C. V. G. O. §. 1. &
2. VIR ILLVSTRISSIMVS ATQVE
EXCELLENTISSIMVS L. B. DE
CANNGIESER, qui de patria
meritissimus perenni gloria flo-
ret, in Collect. notabil. decis. Su-
premi Tribunalis Appellat. Hasso-
Cassell. Tom. I. decis. 76. n. 3.
p. 278. decis. 157. n. 1-5.

(o) Ut personarum misera-
bilium H. D. O. §. 1. H. C. V.
G. O. §. 2. art. 1. H. Han. Hof-
ger. O. tit. X. §. 4. p. 51.

(p) Nulla secundum praxin
Hassiacam iudicis patrimonialis
in causa propria admittitur
competentia, nisi inobedientia
rusticorum sit manifesta, aut
res notoria, aut leuis momenti
vel praiejudicii Tom. I. Decis. 77.
78. et 79.

(q) Collect. C. H. p. 31. art.

7. p. 43. art. 12. H. C. V. G. O.
§. 1. Procesord. §. 2. Hanau-
ische Hof. G. O. §. 7. tit. X. p. 52.
L. B. DE CANNGIESER I. c.
decis. 74. et 76. praefectus
principis in causa commissio-
nis, iudici patrimoniali denun-
ciandae, sine medio rusticos no-
bilium euocabit. Refer hoc
constit. alleg. in not. (m).

(r) Prima vice ad instantiam
quaerentis litterae promotori-
ales in forma consueta, altera,
arctiores sub certa pena et do-
cenda partitione decernuntur,
tertia vice, edicta insinuatione
litterarum, causa est auocanda,
similque pena exigitur. V. G.
O. §. 1. Han. H. G. O. §. 8. tit.
X. p. 53.

(s) In causis quoque dubiis
et arduis ad superiorem iudi-
cem relatio est facienda. H. D.
O. §. 1.

gentis super regalibus cognoscendi. (t) In specie torum in personalibus sortiuntur inferius coram magistratu oppidano senatores, excepto consule, et ciues rem ciuicam aut opificariam agentes. (u) Coram praefectis rustici et colendis agris tributariis viatum quaerentes: deinde forestarii, (x) Förster vnd Forstlauer, et ludimagistri pagani (y) in caassis ab vtriusque officio alienis,

(t) Immediata tunc obtinet citatio, cui caussa citandi, iura superioritatis territorialis concernens, est inferenda. Et liberum est nobilium mandatariis, hac de re certiores reddendis, in caassis, vt: bey Musterungen, Repartirung herrschaftlicher Gelder, Quartier, und Fougagefuhren der Adel. Hinterlassen, vbi de salute sibi subiectorum agitur, deliberationibus praefectorum citra tamen impedimentum interesse. Cf. not. (m). Immo Patrimonialia a censitis praefestationes principis exigere licet, moram ni faciat, quae patet ex confit. de 28. Ian. 1732. §. IV.

(u) vid. de competentia in personalibus V. G. O. art. I. §. 2. Han. H. G. O. tit. X. §. 4. Iurisdictio urbium in ciues quidem eorumque familiam est fundata T. I. dec. 147. n. 8. salua tamen iudicis ordinarii competentia

enf. p. 6. et 7. diff. n. (m) (n).

(x) Si in ius vocantur, id denunciandum est praefecto cumdam forestali const. de 4. Nov. 1715. et 18. Sept. 1747.

(y) Clariorem reddit hanc dispositionem Extra Et GeheimenRaths protocollii de 10. Aug. 1713. wegen Bestrafung des Opfermanns zu Spieskappel deswegen der Oberschultheiss zu Ziegenhain berichtet, soll der passus ratione der Prediger Schul- und Kirchenbedienten in der Consistorial- vnd Reformationsordnung in puncto for dahin erläutert werden, dass zwar die Prediger durchgehends, wie auch die Schulbedienten in denen Städten ihr forum in ciuilibus bey Fürstl. Regierung, die Schulmeister in Dörfern aber vnd Opfermaenner oder Kirchenbedienten durchgehends vor denen Beamten ieden Orts haben sollen.

fo-
tra-
rem
ese-
ren-
e lu-
nlie-
nis,
(n).
d de-
cui.
Nov.

hanc
ehei-
Aug.
des
ppel
heifs
foll
diger
enten
efor-
o fori
dass
chge-
ulbe-
n ihr
ürstl.
ter in
hänner
urch-
mten

nis, notarii, (z) studiosi, (a) peregrini, (b) certoque respectu metallurgi, (c) milites, qui acceperunt aetatis excusationem, adscriptiue cohortibus praesidiariis, (d) administratores cursus publici ipsique cursores, (e) iudeai in pagis nobilium habitantes, (f) et omnes qui extra urbem Cassellas reperiuntur famuli, quorum domini fori

~~moles utr quo nobilium ar res puerorum al priuilegio~~

(z) Add. die Notariats-Ordn.
d. $\frac{1}{3}$ Oct. 1744. §. 1. in fine.

(a) Quousque sub patria potestate extra academias et forum academicum commorantur *Vir Perill. atque Exc. ESTOR* in der teutſchen Rechtsgel. T. II. §. 5021. Collect. p. 605.

(b) Exceptis nobilibus et literatis, niſi in cauſis moram non ferentibus arrestum decernendum poſteaque regimini ſit denunciandum.

(c) Metallurgi, quorum designatio ab officiali metallurgico praefectis quotannis eſt exhibenda, in personalibus et quoſque ex illorum mercede ſolutio fieri potest, exemptione gaudent: reliqua a praefectis praeuiua tamen requiſitione peraguntur. L. B. DE CANNGIESTER I. d. Decif. 75.

(d) Vid. conſtit. de 7. Mart. 1711. 13. Apr. et $\frac{1}{3}$ May 1741.

7. lun. 1742. 30. Sept. 1763.

eximuntur milites veterani, invaliden, in iis locis commorantes, in quibus praefidium perpetuum positum eſt, et praefidarii (Unterofficier vnd Ge-meine) aetu militantes; utrique vero et veterani et praefidarii alibi delinquentes poſt prehensionem ac generalem inquisitionem ad proximum iudicium praefidiarium ſunt remittendi: reliquum neque hi neque alii in perpetuum aut ad tempus dimiſſi, neque viduae ac liberi militum parentibus orbati priuilegio gaudent. De foro militis delinquentis videſſis Decif. 159. add. Conſt. de 30. Octob. 1764.

(e) In cauſis ſine mora decidendis poſteaque, ſi arduae reperiuntur, confilio intimo denunciandis. C. 28. lun. 1759.

(f) Confer. not. (g) p. 7.

B

priuilegio gaudent. (g) Plura de personis exemptis dabant obseruantia et ipsa constitutionis verba. (h) In realibus secundum regulam a quo quis subditorum agnoscenda est competentia fori rei sitae, nisi de bonis exceptis equestribus ac praelatorum seu ecclesiasticis, (i) dummodo de hac bonorum qualitate certo constet, (k) lis moueatur, aut in iudicium vocetur persona exenta,

(g) Aliud: si conductor ratione praedii nobilis veluti ob exercitium iurium praedio cohaerentium in ius rapitur, quod causam potius locatoris concernit. L. B. DE CANN-
GIESER Tom. I. decif. 157. n.
6. sqq. De famulis: v. resolutio
regia 12 Sept. 1732. ad defi-
deria ordinum provincialium
Comitatus Hass. Schauenburgi-
cici. Add. Extraet. Geheimen-
räthsprotocolli de 3. Dec. 1748.
Haeslo tamen fori academici
priuilegio, quo omnia viu-
ritatis membra eorumque mi-
nistri vtriusque sexus vi Statu-
torum Academiae Rintelensis
Part. I. tit. I. §. 3. vtuntur.

(h) Praelaten, Ritterschaft,
(von Adel) die Burgmansfrey-
heit haben (Burgleut) Städte,
Gemeinden, Doctores vnd an-
dere priuilegierte Personen, die
in vnsfern Fürstenthumen vnd
Herrschäften häuslich wohnen,

vnd den Beamten vnd Vnter-
gerichten in Städten vnd Aem-
tern nicht vnterworfen find,
(denen, altem Herkommen
nach ihre prima instantia bey
Fürstl. Canzley vnd Hofgericht
vorbehalten wird) Hofgerichts-
ordn. de 1500. cap 7 et 11. col-
lect. T. I. p. 31. de 1524. art.
12. et 20. collect. p. 43. Samt-
hofgerichtsordn. de 1673. tit. 8.
princ. et §. 2. H. Darmst. §. 1.
ibique allegatae leges de a. 1716.
et 1718. Hanauische Hofger. O.
tit. X. §. 2. p. 5. H. C. Vnterger.
O. art. I. §. 2. Decif. Tom. I.
p. 674. n. 2.

(i) Ib. et Han. H. G. O. §. 5.
massen die cognitiones, neber
liegende Ritter - (adelic) Praelaten- (oder geistliche Gü-
ther) vnd deren anklebende
iura vor vnsere Regierungs-
corpora, (Hofgericht) gehören.

(k) L. B. DE CANN-
GIESER loc. cit. Tom. I. decif. 76. n. 2.

s da
In
gno-
exce-
(i)
con-
fona
emta,
Unter-
Aem-
find,
namen
a bey
ericht
ichts-
i. col-
4. art.
Samt-
tit. 8.
§. I.
. 1716.
er. O.
erger.
m. I.

§. 5.
ieber
iche)
e Gü-
pende
ungs-
ören.
ESER
n. 2.



exenta, cuius fori priuilegium forum speciale rei sitae et forum contractus excludit. (1) Cum vero iurisdictio

B 2

patria

Si vero immobilis res tanquam pars praedii nobilis postulatur, quam possessor ut tributarium allodium possidet, in foro rei sitae agendum est. n. 3. Forum ergo priuilegium ad exceptionem referendum, et a reo solum allegari potest.

(1) Quod si ex voluntate legislatoris fori priuilegium concedentis aperte constat, illum priuilegiatos, quod ad personam et bona eorum attinet, (quippe de priuilegio causae iam non disceptatur) omnimodo eximere voluisse: vix dubitandum est, quin forum priuilegium forum commune et generale et speciale excludat: Quemadmodum hoc ex distinctione forum commune inter et priuilegium patet. Posito enim priuilegio in genere, quo princeps ius diuersum a iure communi constituit, ponitur quoque fori priuilegium a generali et speciali, quod vtrunque ex iure communi cognoscitur, plane diuersum. Igitur, enasci inde videtur laesio, quando ii, qui codem fori priuilegio gaudent, in causa personali aut reali obtorto veluti

collo ad forum commune rapiuntur, nisi prorogatio subsit, aut reipublicae salus aliud suadere videatur. Nec obstat, meo quidem iudicio, 1) quod forum priuilegium tanquam exceptio probari debeat. Quid enim probatione, si princeps testatur se bona atque personam eximere voluisse, aut expressa quarumuis exceptionum designatione est opus, si haec eodem causarum genere continentur: tot praetereaque sunt fori specialis imagines, vt his quoque exceptis forum priuilegium non possit non fieri otiuum. Nec 2) quod stricte sint interpretanda priuilegia praecipue in concedendis regalibus. Nulla enim in iure prodita est interpretatio, quae est omnis priuilegorum usus exiccatio. Fons deinde omnis iurisdictionis in suo territorio est princeps: quem igitur per vicarium, officiale, aut matrimoniale iudicem iurisdictionem exerceat, perinde est, dum fructuum causa nulla comparatur iurisdictionis. Dicta haec probant fori priuilegium

patria et quae inde diuersa iudiciorum forma descendit, sigillatim exponi merentur: (*) intuitu caussarum breuiter hic tantum moneo', quod, omissis momentaneis, iurisdictio in dubio ciuilis habeatur, cui annexa est facultas molitores (m) iureurando obstringendi, et cereui-
fiarios, Bierschäzter vnd Braumeister (n) constituendi, nec non de caassis politiae inferioris, (o) stupri, (p) et iudeorum contrauenientium cognoscendi. (q) De antiquo et hodierno scabinorum vsu alibi commodior dicens erit occasio. (r)

§. 5.

personis exemptis in Hassia datum vi constiit curiae prouincialis tit. 8. §. 2. Confer. not. (b) V.G.O. §. 2. art. 1. Han. Hofg. Ordin. I.c. §. 5. p. 52.

(*) Dissertatione haec tenus impresa primum ex illustris SCHOTTIN vnpartheyischer Critick, St. 7. n. X. p. 616. compero, Virum Perillustrem KOPPIVM, in Supremo, quod est Cassellis, Appellationum Tribunali a Consiliis, iam ad hunc laborem aggressum fuisse.

(m) Cuius rei tamen registratura praefecto principis, qui rei molendariae superiorem inspectionem habet, a molitore est exhibenda. Neues Justizreglement §. 30. p. 17. seq.

(n) Vid. L.B. de CANNIGE-SER I.c. T. I. decif. 74.

(o) IDEM I.c. n. 7-11. N. Justizreglement §. 29.

(p) IDEM decis. 70. n. 1. si quaestio est de puniendo stupri reo, cauissa haec ciuilis habetur adde Consistorial Ordin. cap. 3. et 15. decis. 97. p. 365.

n. 11. 12. 14.

(q) Nobiles quidem tunc cognitione destituuntur, si contraventiones iudeorum regalia concernunt, aut solam confisca-
tionis poenam merentur. Verum saluo iure ecclesiae ciuilem lucrantur mulieram de qua simulque annexa confisca-
tione cognoscunt, sic tamen, vt hanc exigendam praefecto principis denuncient, aut si moras ne-
stunt, id, quod interest, praefestent. Sic lex posterior de 24.
Mart. 1762. authenticice decla-
rat priores de 1697 et 1749.

(r) Colleget. C. H. Th. I. p. 6.
§. 18. Landordn. art. V.

dit,
re-
uis,
ul-
ui-
di,
p)
De
di-
5.

fi
stu-
ha-
dn.
65.

co-
ntra-
galia
fisca-
Ve-
ciui-
qua
ione
hanc
cipis
ne-
rae-
e 24-
ecla-
9.
p. 6.



§. 5.

Actorum fides atque cura est actuarii, qui ad ea, quae in iudicio peraguntur, bona fide litteris confignanda curamque actorum gerendam in iudicis bene constitutis peculiariter ordinari solet. Fidem igitur ut eius annotatio habeat plenam, necesse est, I.) vt iureiurando sit obstrictus, (s) II.) neutri partium sub poena ignominiosae missionis plus faueat, clamue consulere, (t) aut aduocatum adesse (v) audeat: III.) annotationem in omni causa facta praelectione ac emendatione perficiat, vt rectam ex ore quaerentium assequatur intentionem: (x) IV.) apographum reddat conforme cum originali. (y)

§. 6.

Cura actorum generatim requirit, vt I.) folia actorum ligatura ac fibulatione contineantur: (z) II.) integra acta iuxta ordinem praescriptum (a) in tabellario

repo-

(s) Poenam 20 thaleror. iudex aequa ac actuarius soluunt, si quis iniuratus vices actuarii gerit: Landordn. Tit. 8. V. G. O. art. III. §. 15. p. 15.

(t) V. G. O. 1. d.

(v) Conf. §. 12. diss.

(x) V. G. O. §. 14. p. 15. et §. 19. p. 17.

(y) Landordn. l. c. sic vt in copiis dandis quaevis pagina 20 lineis repleatur. Vnt. G. O. art. VI. §. 4. p. 32.

(z) Vterque actor et reus soluunt, si acta sunt prolixiora, 4 alb. fin minus, 2 alb. eo maior vero est poena negligentiae §. 34. neues Iustizreglement de 17. Mart. 1767.

(a) Quod ad cauissas priuatarum attinet, seruatur in iis repordendis ordo alphabeticus iuxta litteras initiales cognominis actoris V. G. O. art. III. §. 22. p. 18. De publicis secundum materias reponendis repetere hoc libet ordinem quem tra-

reponantur: (b) III.) repertorium, (c) iuxta quod heredes praefecti in manus eius successoris in officio tabelarium tradere tenentur, (d) summa diligentia perficiatur: IV.) neutiquam vero sine permisso superioris subpoena 50 thalerorum aut suspensionis originale (e) aliave iudicij arcana propalare audeat.

§. 7.

(f) Praecipua vero iudicij cura est eorum, quae vel maiori sollicitudine, vt testamenta et deposita, (f) in cista

dunt annotat. ad qu. 15. der Landrügengerichtsfragen de 15. Nov. 1738. 1) Grenzfachen, 2) Kriegsfachen, vt: a) Werbungen, b) Durchmarsche, c) Fouragelieferungen, 3) Contributions- vnd Steuernfachen, 4) Landstrassen, 5) Bausfachen, 6) Cameralsfachen, vt: a) Zoll, b) Trancksteuer vnd Accis, c) Licent, d) Forst-, Mäst- vnd Jagdsfachen, e) Pachtfachen, &c. besonders reponirt, am Gefach mit derselben Rubric auswendig angeschrieben vnd über iede Materie ein Index nach den Jahren, was darin resolutiret worden, in absonderlich nach dem Alphabet der Materie hierzogemachten Buch eingetragen werde.

(b) Landordn. tit. X. weil den Partheyen daran gelegen, das, was vor Gericht vorbracht

wird, am besten vnd treulich verwahrt werde, vnd des Gerichts Heimlichkeiten nicht jedem vnter der Faust liegen: so sollen Richter vnd Schoepfen darauf sehen, vnd dem Gerichtschreiber es einbinden, darauf acht zu haben &c.

(c) Vid. Constat. de 19. Ian. 1717. et 21. Aug. 1730. 14. Febr. 1746. quae praeterea iubent, vt decurrente quoquis anno praefecti designationes auctorum iura principis conceruentium ad cuiusvis regimen superius mittant.

(d) Collect. Constat. Hass. p. 347. §. 40. Constat. de 19. Ian. 1717. 1. Febr. 1738. F. Darmstadt. Canzl. Regl. 1724. S. 93.

(e) v. Coll. C. H. T. I. p. 203. not. 9. add. C. d. 14. Feb. 1746.

(f) Landordn. Tit. X. §. 1. et ordn. de 11. Nov. 1738.

cista clausa adseruari solent, vel quae interesse, vt a-
iunt, Principis, vel ordinem iudicii concernunt. Quo
pertinent libri, qui dicuntur I.) Saalbücher (g) Erb-Re-
gister, censuales, iurisdictionales &c. plene tanquam scri-
pturae publicae probantes; si 1) ab officiali publico vel coram
notario et testibus rite et solemniter sunt confecti, 2) subdi-
tis praelecti, 3) a singulis approbati, 4) si iuramentum fi-
delitatis, ut nonnullis videretur, seu homagium desuper sit praec-
titum. II.) Exercitienbücher, (h) in quos praefecti actus
iurisdictionis singulares iuriumque territorialium causa
exercitos referre solent, plenam iterum facientes proba-
tionem, si ab officialibus iuratis in caussis publicis con-
fecti fidem ac requisita protocolli iudicialis pree se fe-
runt. III.) Strafbücher, (i) vt quaestores inde mulctar-
rum, quas iudices dixerunt, rationes reddere queant:
IV.) Hypothekenbücher, (k) V.) Ehprotocolle, (l)
VI.) Generalprotolle, (m) VII.) Vormundschafts-
tabellen,

(g) Sollen wo möglich mit
Fugen vnd Billigkeit gebessert
werden. Renth-Cammer Ord.
de 1568. Collect. Conf. Hass.
Th. I. pag. 340. §. 2. L. B. DE
CANNGIESER Tom. I. decif.
147. n. 13. seqq. p. 614. seq.

(h) Ib. n. 17. (i) F. Darmst.
Canzl. Regl. §. 89. collect. p. 96.
§. 12. p. 342. §. 10. n. 1. R. §. 42. seqq.

(k) Contraetenordnung d.
29 Dec. 1731
9 Ian. 1732.
adde Coll. C.H. T.I. p. 147.

(l) Collect. Conf. H. p. 368.
Anm. 9. et 11.

(m) Ab vsu recesserunt die
Gerichtsbücher Collect. C. H.
p. 21. hodie de quauis caussa in
iudicium deducta speciale pro-
tocollum est conficiendum, ei-
que designatio actorum pree-
mittenda: generale protocol-
lum autem dicitur, quod sen-
tentias definitiucas complecti-
tur V.G.O. art. III. §. 21. et 22.
p. 18. Darmst. Vnt. vnd Ob.G.
Ordn. §. 11.

tabellen, (n) VIII. Sportulbücher, (o) IX. J diaria,
X.) Titularbücher &c.

§. 18.

Cum vero plena negotiorum fides a maiori iudiciorum auctoritate dependet, et leges patriae instrumenta super examine testium, apprehensione possessionis, appellatione, alienatione, fideiussione et renunciatione a notariis confecta irrita faciunt: nullus fere in terris Hassiacis est notariorum usus. (p)

§. 9.

Adsistunt denique vel subalterni officiales, vel curam iudicij externam gerentes: Subalternos officiales, (q) Vögte, Landbereuter, legum, quae tum georgica, tum iura principis ac communem subditorum salutem respiciunt, obleruantiam diligentि visitatione curantes, singulis mensibus transgressores et quicquid vitii in pagis deprehenditur ope scultetorum denunciare oportent. At sculteti, Greben, Schulzen, Bauermeister, ad actum insinuationis officii religione obstringendi, (r) cuius praefectus in praelectione sacramenti, quod exhibet die Greben-Ordnung p. 128. haud immemor esse debet, nullam praeter curam pagorum et prehensionem personarum in

(n) Landrügengerichtsfragen
de 15. Nov. 1738. ad artic. 3.
Const. de 24. Aug. 1747. Grebenordn. Bl. 24 & 138.

(o) Sportelordn. de a. 1749.
§. 49.

(p) Collect. C. H. Th. I. p.
21. et 152. Processi Ord. §. 43.

Notariatsordn. $\frac{1}{2}$ Octob. 1744.
Decis. p. 243. n. 6.

(q) Officia eorum prolixius
exponit Const. d. 11. Nov. 1738.
five Landbereuters-Instruktion
in der Greben-Ordn. p. 164.

(r) V.G.O. art. III. §. 10. p.
13. Greben-Ordn. tit.V. §. 3.

ria,
cio-
enta
ap-
e a
rris

cu-
(q)
um
spi-
gu-
der-
At
in
rae-
re-
am
um
in

44-
ius
38.
ion
4-
P.
3.

in caussis moram non ferentibus speciem insimae iurisdictionis habent. (s)

§. IO.

Nihil singulare autem de iis, qui ad externa iudicij curanda et in specie ad insinuandum constituti sunt apparitores, sive nuntii sacramento obstricti fideque publica praediti, Rathsbotten, Gerichtsdienere, nec de iis, qui ad incacerandum ordinantur lictores, (t) dicendum refat.

§. II.

Partes litigantes sunt vel principales vel minus principales. Ratione principalium, si ex aliena qualitate agunt, huius probatio seu legitimatio ad causam. (u) in primo termino perficienda, nec non persona standi in iudicio requiritur, qua ob imbecillitatem deficiuntur minores, furiosi, mente capti, et muti: in poenam, proscripti ac criminosi carcere retenti; (x) feminae vero patro more haud indigent curatore. (z) Lite a reo in exceptione denun-

(s) Greben-Ordn. p. 4. et tit. V. p. 18.

(t) Peinl. Gerichts-Ordnung tit. II. p. 12. §. 4.5.6.9.

(u) V. G. O. art. III. §. 4. p. 10.

(x) Coll.C.H. p. 19. §. 14. de minor. vid. V.G.O. art. III. §. 6. p. ii. D.O. §. 4.5. p. 10. proscriptus vero actor non reus esse prohibetur. ib. p. 16. §. 6.

(z) Collect. C. H. §. 6. p. 16.

Confer. b. KVCHENBECKER in spicilegio observationum suis analiectis Part. I. p. 216. inserto exissimans ob verba mit — minnes elichen Huswirths Willen, quod mulieres in rerum suarum alienatione maritos tanquam curatores adhibuerint. Verum id potius de consensu mutuo, quo coniuges inalienationibus inuicem vtebantur,

Cibus n. ad aliosq; utique

denunciata, denuncianti praevia insinuatione regressus aduersus denunciatum contumacem sine mora reseratur, (a) sicuti interuenientem coeptam continuare litem oportet. (b) Pauperes (c) gaudent beneficio requirendi acta originalia,

§. 12.

Ratione minus principalium cuique praeter vniuersitates, gemeinden et collegia, quae Syndicum, vti plures litis confortes procuratorem communem constituere tenentur, (d) liberrima est facultas in persona comparendi aut procuratorem substituendi; non vero in scriptis postulandi nisi in caussis arduis vel momentosis in §. 23. ordinationis iudicij inferioris nominatis. (e) Ast ne-

quam de consensu curatoris intelligendum esse ac verbis precedentibus — vnd noch myn
guter Wille ist, testari arbitror.

(a) L.B. DE CANNGIESER Tom. I. decif. p. 168. n. 4.

(b) V.G.O. art. III. §. 17. 18. p. 16. 17.

(c) V.G. Ordn. art. VI. §. 4. p. 32.

(d) Vnt. G. O. §. 5. 7. art. III. p. 11. 12. D.O. §. 6. p. 10.

(e) Per legem nouissimam neues Iustitzreglement §. 32. p. 18. seq. Antea non nisi personis exemptis, aegrotis, absentiibus, atque ex causa fontica impeditis negotia sua in iudicio

per alium expedire, nec cuiquam nisi in caussis arduis in §. 23. expressis postulare licet. V. O. art. III. §. 12. 23. et 25. D.O. §. 8. p. 5. ademta quoque facultate in scriptis, si a libello, artieulis probatoriis et interrogatoriis discesseris, postulandi, per Conſt. de ²¹ Sept. ₂ Oct.

1742. sic, vt actuariū ex ore partium atque procuratorum pro exceptis personis comparantium intentionem tantum assequi et litteris confignare oporteret, Conſt. de 21. Apr. 1744. aduocati atque procuratores otiosi, subditū vero inde-

ffus
rues
li
icio

ersi
te
en
otis
23.
ne
mini

euui
in
ce
. et
quo
i a
et
po
pt.
Et
ore
um
par
ana
are
pr.
ra
de-

mini ac rite examinatis et in matriculam relatis aduocatum vel procuratorem alicui adesse, (f) vel litteras supplices conscribere (g) est permisum. Speciatim tamen a procuratione litium excluduntur personae iudiciales

fensi relinquabantur: Quod est in causa, cur post haec nubila relaxerit phoebus.

(f) Landornung I. c. Coll. Conft. H. Th. I. p. 6. §. 9. 21. p. 12. §. 13. Th. II. p. 444-447. Neues lustitzreglement p. 20. S. 33. de examine et matricula videlicet Conft. de 27. Mart. 1734. 1745. §. 65. 1746. 28. Iun. Quod si vero obiectum litis est parui momenti, alio procuratore secundum obseruantiam vti licet arg. Extr. Geheimenrahtsprotocollii adhuc inediti de 11. Nov. 1732. Was ihr -- an vns gelangen lassen welcher gestalt seit der neuausgelassenen Gerichts-Ordnung sich ofters zutrüge, das Fremde vnd außer dem Amt seyende, wann sie 2 bis 3 Rth. bey dortl. gem Amt vnd Rahthause einzuklagen vnd nicht gegenwärtig seyn können, in denen Gedanken stünden, ob müsten sie nothwendig einen Aduo-

catum oder Procuratorem haben, da sich dann die Kosten oftermahlen höher belieben, als die ausgeklagte Schuldforderung an sich selbst ausmachte, vnd darneben angefragt, ob nicht vielmehr gleich vorher zu solchen geringfügigen Sachen ein ieder Fremder vnd Entlegener einen Bürger oder sonstigen Bekanten als Mandatarium zu sollicitirung seiner Sachen constituiren vnd durch selbigen seine Nothdurft ad protocollum mündlich vorstellen lasse, ohne einen inmatriculirten Aduocat expresse darzu zu adhibiren: vnd lassen euch ohnverhalten seyn, dass wir --- so viel diesen Punct betrifft, es bey der hiebevorigen Obseruanz lassen. Add. D. O. §. 9. p. 5.

(g) Conft. de 16. Mart. 1717. 26. Sept. 1718. 24. Oct. 1722. 3. Nov. 1727. 28. Oct. 1729. 25. Sept. 1731. 15. Nov. 1738 &c. F. Darmst. O. §. 9.



diciales in prima ac superiore instantia, (b) seminarie
pro extraneis et proscripti. (i) Constituitur procurator
per mandatum verum et praesumtum. Verum man-
datum in primo termino est probandum sive per instru-
mentum, sive per declarationem mandantis apud acta
(k). Praesumtum, quod pro parentibus aegrotis, con-
iuge, cognatis ad tertium usque gradum obtinet, in pri-
mo termino admittit cautionem de rato, sic, ut com-
parentes in reliquis terminis verum (l) debeant pro-
bare mandatum.

§. 13.

Ad locum et tempus iudicij habendi quod attinet, die-
rum quondam iuridicarum raritas (m) non potuit non
tot dissipationes, emta, hospitumque causa constituta iu-
dicia, Kauf- vnd Gastgerichte (n) adeoque tristem pa-
rere statum. Quare legibus hodie constitutum est, ut
iudicia singulis hebdomadibus binis statutis diebus, nec
sine legitimo impedimento mutandis, sumtibus domini

iurisdi-

(b) Collect. Const. H. p. 6. §.
28. et 29. V.G.O. art. III. §. 15.
24. Oct. 1722. 28. Dec. 1751.

(l) Ib. §. 6. p. 16. V.G.O.
p. 10. II. §. 4. Darmst. O. §. 3.
p. 10.

(i) Collect. C. H. Th. I. §. 6.
p. 16.

(m) Collect. Th. I. p. 11. §.

(k) In primo termino sub
poena refusionis expensarum
V.G.O. p. 10. seq. §. 4. de con-
stit. ad acta Coll. C. H. p. 16.
§. 5. 9. 10. Darmst. O. §. 3. p. 2.

2. p. 46. §. 25. p. 213. art. 3.
Landordn. Th. 6. tit. 6.

(n) Landordn. I. c. §. VI. VII.
die erkaufte vnd Gastgerichte
aber abgestellet bleiben sollen.
Add. Coll. C. H. p. 6. 11. 22.
46. 212. 223.

hae
ura
an
ru
cta
on
ori
om
ro

die
on
iu
pa
vt
nec
pini
sdi
t. O.
§. 3.
S.
t. 3.
VIL
chte
len.
22.

iurisdictionis (o) et loco statuto ac publico, neutquam vero in iudicis aedibus aliisque priuatis exerceantur. (p)

Sectio II. DE PROCESSV.

§. 14.

Quamprimum alter alteri actionem intendit, necesse est, (q) ut ante omnia iudex inferior tum inquirat in fori competentiam vel ex jurisdictione, vel ex personarum conditione, vel ex iure communi, aestimandam; (r) tum conuenientem caussae in iudicium deductae eiusque obiecto eligat modum procedendi. Quamquam vero in iudicio inferiori in genere *summarius* obtineat processus: is tamen praeter ordinem a legibus praescriptum, ac minimum substantialia processus connectentem, hanc quoque firmissimam constituit regulam, ne iudex a precepto vel arresto vel executione ordiri audeat, (s) sed omnes in iudicium deductas controuersias, easque causa demum cognita decisas, si opus est, exequatur. Igitur, prout vel hanc regulam seruat, vel ab ea ex legis permisso in casu excepto recedit, in regularem atque *irregularem* dispescitur.

§. 15.

Irregularis processus species, quae memorantur in ordinatione iudicij inferioris, sunt I.) processus man-

(o) Collect. C. H. Th. I. p. 345. §. 25.

(q) V. G. O. art. II. §. 1. in fin.

(p) V. G. Ord. art. III. §. 1. Darmst. V. v. O. G. O. §. 2.

(r) Conf. §. diff.

(s) Art. II. §. 2. 3. V. G. O. Darmst. O. Th. I. Tit. I. §. 3.

dati C. vel S. C. (t) ille, si reus causales in termino profert, in vim simplicis querelae resoluitur, sin minus, continuatur. Mandatum S. C. reum statim iubet satisfacere actori, quotiescumque ex principiis universalibus iustitia rei et iniuria actori illata vel inferenda confessim elucet, solaque tantum opus est facti demonstratione verosimili, ut in quatuor casibus evenerit, quos κατ' ξενοντα ex ordinatione Camerali 1555. P. II. tit. 23. Conc. II. 25. pr. hic repetit (v) ordinatio iudicij inferioris: nimurum si factum nullo iure iustificabile, vel damnnum irreparabile, vel detrimentum reipublicae, vel periculum in mora ad sit. Attamen vero terminus simul in mandato est praefigendus, vt si illud iustificetur, paritio sub arctiori combinatione iniungi queat; sin vero ad falsa narrata sit impetratum, irritum fiat.

§. 16.

II.) Processus possessoriū signatim momentaneus, (x) vi cuius iudex in litigiosa possessione, audita altera parte, summaria probatione de simplici possessionis facto informatus praesentem possessorem in possessione tuetur, aduersario autem possessorium ordinarium vel petitorum reseruat, vt in illo de quantitate et qualitate possessionis, in hoc de iure disceptari possit.

§. 17.

III.) Arrestum vero bonis subditorum, quamvis sub diuersa iurisdictione sita reperiantur, praefestine impone non licet; neque aliter, nisi creditor certitudinem debiti

(t) V. G. Ord. ib. §. 1. Darmstadt. O. loc. cit.

(v) Vnt. Ger. Ordn. §. 2.
(x) Ibid. §. 4.

ino
us,
tis-
in-
n e-
nili,
na-
re-
fa-
ile,
ad-
ae-
m-
m-
x)
te,
m-
ur,
ri-
es-
ub
o-
m
ti

debiti et periculi imminentis ante omnia summarie demonstrauerit. Quemadmodum *sequestratio* raro ac in eo saltim casu est permissa, quo status praesentis possessionis non illico in summarissimo determinari potest. (y)

§. 18.

Regularis processus, prout caussae sunt vel momentosae seu arduae, (z) quibus adnumerantur, quae obiectum summam 50 thalerorum excedens, haereditates, iura, seruitutes, iniurias reales, similiaque ardua concernunt; vel pro non momentosis habentur, (a) in oralem et litteralem dispescitur. *Oralis* inde vocatur, quod disceptationes forenses ex ore partium litteris ab actuario consignantur. *Litteralis* autem quod litigantes in scriptis caussam agere non prohibentur.

§. 19.

In orali processu, qui litterali multo est simplicior magisque naturalis, (aa) singula sunt, I.) quod in veritatem facti ex officio inquire liceat: (b) II.) Nulla vltior prorogatio, quae est octo dierum, quam secunda sit concedenda: (c) III.) quod terminus probatorius ad spatium quintenae vel trium hebdomadum sit adstrictus: (d) IV.) examen vero testium, dummodo hi sacramento obstringantur, omnino sit summarium, (e) V.) et

(y) V. G. Ordin. §. 3.

(b) Art. III. §. 13. Darmst. O.

(z) Ib. art. III. §. 23. Darmst. O. I. c. §. 7.

§. 8. p. 5. th. I.

(a) V. G. Ord. art. III. §. 16. Darmst. O. §. 6. ib.

(c) Art. III. §. 8. V. G. Ord.

(aa) Darmst. O. §. 4. p. 11. tit. V. Th. I.

Darmst. O. §. 10. th. I. p. 6.

(d) Art. IV. §. 2. V. G. O.

Darmst. O. §. 2. tit. V. th. I.

(e) Ibid. §. 4. 5.

V.) et formula iurisiurandi in iuramenti delatione
a iudice ex officio struenda: (f) VI.) neque vltior
disceptatio post probationem permittenda. (g)

§. 20.

Litteralis deinde processus indeoles eiusque differen-
tia a processu ordinario inde patet: I.) Ad tentandam
amicabilem compositionem praeceedit oralis processus,
antequam in scriptis agitur: (h) II.) cuius partium li-
berum est, an in scriptis agere velit, nec ne? (i) eiusque
arbitrii res est, vtrum examen testium summarium, vel
partes depositionem ad articulos et interrogatoria eli-
gere malint: (k) III.) terminus est vel 12 vel 14 die-
rum, (l) IV.) nulla vero vltra duplicas vltior dis-
ceptatio est permissa. (m) V.) In probatione per do-
cumenta, quibus partes vel agendo vel excipiendo ni-
tuntur, illa simul sunt producenda. (n) VI.) Nonnullae
actiones coram s. oretenus peraguntur, nimirum fisten-
di testes probatoriales et reprobatoriales nec non contra
eosdem atque articulos excipiendi: petendi publicatio-
nem et communicationem rotuli insimulque submit-
tendi ad dicta testium, (o) sicuti in omni probationis
genere ad deducendum et submittendum oralis praefi-
gitur terminus.

TANTVM.

(f) Ib. art. IV. §. 12. p. 27.
Darmst. O. §. 8. th. I. p. 14.

(g) §. 5. art. IV. V. G. O.

(h) Art. III. §. 24. Darmst.

Q. th. I. §. 3. tit. 3.

(i) V. G. Ord. I. c. pag. 20.

Darmst. O. §. 7. tit. I. th. I. p. 5.

(k) Ibid. art. IV. §. 6.

(l) Art. III. §. 25.

(m) Art. III. §. 24. in fine.

Darmst. O. p. 9. th. I. §. 4.

(n) Art. IV. §. 14.

(o) Art. IV. §. II. Darmstadt.

O. §. 7. th. I. p. 13.

one
rior
en
am
us,
li
que
vel
eli
lie
dis
do
ni
llae
en
tra
io
pit
nis
efi

ne.

adt.

Quae ab ecclesia constituta ecclesiam ipsam. Simplicata ecclesia dicitur a membris eius
huiusmodi etiam paternalem pale cultum leviterius ludicram, et libidinosa.
ecclesia generalis pro coetu hominum paucorum per prietatem, quae ad certam finem congregat
congregat venitatio et exhortatio evocatio, ut voc alienisibus praecipit
victa, finis coetus est, quiunque sit.

in. 1. Hoc enim quoniam unus et quartus ut domini regnus est, p. illae Rom. 16. 8. 1.

2) In Ecclesia fidelium est. 1. p. 32. 3) fideles quoque in certis locis communione
licit exterior ecclesiam habent facilius. 4) fideles in una domo degente. 5) maxima pars
Christianorum habens fidei in aliis et quodammodo missas, Cor. XI. p. 18. Et 20. 6) fidei
libidinosa credentia in eorum societas. fiduciam per fidem in Christo universorum.

Parerga.

1.

Datur iurisdictio, quae in consuetudine fundata
est.

2.

Status imperii Catholici tam Ecclesiastici quam
seculares iurisdictionem Ecclesiasticam in subditos
suos Aug. Conf. addictos exercere non possunt.

3.

Lex vulgo dicta Regia, qua populus Augustum
et sequentes Imperatores legibus omnibus solutos
dixit, nunquam lata est.

4.

Cuius imperii immediatus alterius status subditus
esse potest.

5.

Ius circa sacra versatur circa religionem ex-
ternam.

6.

Ecclesia, tanquam societas hominum revelationem
diuinam supernaturem de salutari nostra cum Deo
conjunctione per Christum amplectentium, sic non in
genere sed in specie definitur.

D

7.

7.

Iura Episcopalia iure postliminii sibi vindicauit ecclesia, cuius ex consensu status imperii protestantes illa exercent.

8.

Ius reformandi ad actus superioritatis territorialis pertinet.

9.

Cognitio de feudis Imperii regalibus est penes Imperatorem seu Iudicium Imperii Aulicum, exclusa Camera Imperiali.

10.

Voluntas Dei perperam pro primo principio iuris naturae venditatur.

II.

In exploratione, an foetus viuus natus sit, fallax est experimentum cum pulmonibus, quando in aquam proieci non in illius fundum immergunt et decidunt sed eidem innatant.



(X225 7030)

6

DE
**IVDICIIS
 INFERIORIBVS
 HASSIACIS**

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

**DOMINO
 RIDERICO II.**
 HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQUA

P R A E S I D E
EINHARDO ABRAH. MOELLER
 IVRIVM DOCTORE ET PROFESSORE PVBLICO ORDINARIO
 H. T. ACADEMIAE PRO-RECTORE ET ORDINIS SVI
 DECANO

PRO GRADV
 IVRIVM DOCTORIS

RITE CAPESSENDO

PVBLICE DISPVTABIT

AVCTOR

CORNELIVS SCHMINCKE
 HASSO-CASSELLANVS.

INTELII DIE DECEMBR. MDCC LXIX. H. L. Q. S.

TYPIS I. G. ENAX, A. T.

(Dies iur. vol. 657)

B.I.G.
 Black

Centimetres
 Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color

